

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLANI PRINCIPIS  
IN SVORVM HYMNORVM ADNOTATIONES,  
ET INTERPRETAMENTA, IOANNI  
THOMAE FILIO DICATA,  
EXORDIUM.

¶ Consueuerunt geometrae & arithmetici sua explicare theorematum, quos imitatus Aegidius theologus, nonnulla de naturalibus, diuinisque rebus duplici libro, subobscura & speculationum more tradita, suamet expositione declarauit. Cicero item sua paradoxa, quae breuia sunt et occulta, longa interpretatione commentatus patefecit, & ipse quoque mea de fide theorematum exposui, sed & alij sua carmina, ut nos facturi sumus, enarrauerunt, nec videtur id a ratione abhorre, ut alterius, scilicet generis opera, altero scribendi genere, proprius auctor edisserat, nec superfluum habet labor, quoniam & pressa & curta metri leges requirunt, quae minus idoneis iusta enarratione producta ministrant. Huc adde, quod sua interpretari sensa nemo potest melius quam ipsemet auctor, quam si parum obscura, remotioraque fuerint, alieni saepe numero interpretes super eis digladiantur, ac euenit quandoque, ut inuenta supra hominem aliquibus tribuant, qui nec illa quidem somniant, quamque generis naturae & diuina prodictis, vel nullius momenti placita, vel grammaticorum dumtaxat meditata transcribant, quae vel minutulis literis pedagogorum eruerint, vel a picturis parietum aulae suae mutuo desumpserint. Illud etiam adde, si placet, commentandi genus hoc fortasse placiturum, quia nouum, & ut puto nulla imitatione fretum. Nam alij glossemata addunt, vocabula tantum interpretantes. Alij scribunt annotamenta, quae non omnia, sed quae partem remotiora patefaciunt, quae genera simul in exponendo primo hymno & ultimo complexi sumus. Alij tanquam paraphrases moluntur, quae eisdem sensus aemulantur, quadam addendum demumque licentia. Alij declarationes dumtaxat simplices, ut nos olim in particulam Hilariani voluminis. Alij commentaria cudunt, multas & varias opiniones afferentes in medium (ut beatus inquit Hieronymus) quo liberius sit lectori quam mauult eligere. quod & obseruamus in nostris in libros Aristotelis de anima commentariis, propter id quod in latinum eos libros vertimus, & sensum postea paraphrasi exprimimus, & si qua priores (ut nobis videtur) non recte sensere subnotamus. Erat tamen & aliud genus commentariorum, quod fiebat pro memoria rerum gestarum ad historias conficiendas, nos autem hymnum quem Christo cecinimus, ita explanaturi sumus, ita commentabimur, ut etiam a metaphrasi, quae supra paraphrasim multa solet addere, non euariemus, adeo ut per se ipsa commentaria, quae a communiori vocabulo interpretamenta dicimus, seorsum a carminibus stare & iusti operis faciem habere non absurde possint. Quod genus nec a nobis etiam tentatum est amplius, aut tentandum constituimus, sed multorum quoque et ipsi sententias afferemus saepe numero, praesertim in hymni secundi commentario, & auctores citabimus, & loca vnde desumpsimus, ne quod in hymnis imitationem abnuimus, in interpretatione furta & committeremus & celaremus. Quod eadem proposito negotio conducere debere arbitror. Si quidem non modo ob indignarum rerum doctrinam gentes confutabimus (quod fecerunt plurimi) sed eorum inconstantia dogmatum & infinita dissensione refellemus, quae vique accusatio vti & alias & alio in proposito scripsi, neque in nostros theologos referri, qui tametsi plerisque dissentiant, in principibus tamen conueniunt quotquot boni nominis sunt, quae & probati & per catholicos habiti. Atque omnes, qui rectam fidem suscepimus & seruamus, ad vnam ipsi ecclesiam respicimus, cuius iudicij in his quae ad necessariam fidem & religionem pertinent stamus, id animo gerimus, id & verbis perferimus, atque etiam scriptis testatum relinquimus. & si quando acciderit, ut vel linguae, vel calami lapsu, vel (quod hominis proprium) ignorantiae ab ipsius fidei regulis aberraremus, id actutum & ante omnia reuocatum & explosum volumus. In hac ipsa vero secundi hymni interpretatione, si tibi videbimur in fabulis & dijs gentium confutandis immorari, a quibus te reuocatum volumus, id cogitato, non posse id exacte confutari, quod prius quoquo modo non potest. Tum illud discas, factum hoc ab antiquis illis & probatissimis ecclesiae nostrae theologis, & Augustino praecipue, quod omnes etiam minutos gentium deos & fabulosa commenta, inter confutandum euoluit diligentissime. Huc accedit, quod Christi opera clarius elucebunt insanijs illis quas expulit collata, & si quis fortasse adhuc illorum errore detentus fuerit (nam & paulo ante nostram aetatem, Pij secundi pontificis tempestate, inuentus est quod solem hunc corporeum adoraret) coarguetur. Surgunt enim fere semper inter frumenti segetem praua gramina, quae vel elidere si possumus, vel saltem ostendere ut minime noceant, maxime conducit. Et



multi quoque non stante modo cultu daemonum, sed postquam eiectus est & euanidus, contra gen-  
 tes conscripserunt, quod tamen ad presens negotium nobis non proponitur, nisi obiter & in transcur-  
 su, dum Christi opera quoad potest nostra paruitas, celebrant. Quare gentium ista (ut graeco p-  
 uerbio dicitur anagyros) commouenda quidem, sed ut dumtaxat eradicet. Atque gentium studia, & si  
 caute (ut a se scripsimus) tractanda sunt, duo tamen inde nobis si recte ducimur emolumenta  
 pueniunt, nam quae falsa religione & erroribus scatent, ubi confutata fuerint, veritas illustrius  
 splendet. tum si qua bona & recta alioquin dogmata apud ipsos inuenimus, in nostrum usum  
 conuertimus. Mosis monitu, exemplo & doctrina Cypriani, Basilij, Hilarij, Nazianzeni, Hie-  
 ronymi, Augustini, & aliorum quae ita fecerunt, ipsi & alij faciendum persuaserunt, neque enim quicquam  
 veri aut boni nostra unquam religio damnauit, nec solum a gentibus, ab hostibus fidei plerumque de-  
 sumperunt illius antistites, vera & sana dogmata, quorum omnium deus est auctor, omnis veri,  
 omniumque boni principium & causa, sed & templa etiam in honorem daemonum structa, vni & vero  
 deo consecrarunt, & vasa quoque gentium deputata sepulchris, in usum salutaris aquae Roma con-  
 uertit, ut leges civiles spectaream, quibus nunc christianus orbis utitur. quorum plurimae principum &  
 idolis seruentium, & scelestissimo esse responsa, ut scilicet medicinae regulas, quas a Maome-  
 thaeis, & ante ab idololatriis accepimus, & ab Hippocrate potissimum, quae creditus eas ab Aescu-  
 lapij templo desumpsisse, si Varroni affirmatum, & confirmatum Plinio statim putamus. Diuersi autem di-  
 uersa suis hymnis posuere principia. Ad tria vero genera maxime celebrata initiorum genera  
 reducunt. Aut enim statim fit inuocatio, & aliquando etiam eius ipsius quae celebratur in hymno, sic Orpheus  
 quidem sed raro, frequentius aliquando Homerus agit, atque ita etiam, quae ope diuerso, tum Croto-  
 niata Orpheus, tum Apollonius in Argonauticis fecerunt, tum & noster Nazianzenus in car-  
 mine quod vitae suae gesta continet. Homerus Orphei more, breuibus quibusque & bis, proposuit, quod  
 est secundum genus initium. Tertium a raptu mentis, & ab alienatione deriuat, quod Calimachus visus est  
 aggredi, sed insano & furcatis similis, ut fatidici sacerdotes & bacchae solebant, quod & Claudianus  
 fecit, quae ante proposuit de quo esset dicturus. Omnia haec in hymnis nostris ipsi quoque modo su-  
 mus complexi. In primo enim ab inuocatione sumus exorsi. In secundo ab admiratione, sed non fur-  
 tis aut ab alienati animi initium sumpsimus, statimque propositione & inuocatione usi sumus. Miramur  
 primo mentem a sensibus euocari, & quod aegerit, acturaque sit insinuamus, mox Christus quem ca-  
 nimus inuocatur longo carmine. In tertio a propositione principium fecimus, sed quadam quasi ad-  
 miratione & motu fatiscendi, quod & admirationem sapit. Sed iam ad enarrandum primum hymnum  
 descendamus. Primum autem de ipso carminis genere, & quod hymni nomen significet, de quo eius ge-  
 neribus, nonnulla dicere opere praetium duco. ¶ Aduertendum itaque tibi, multa esse poematum ge-  
 nera, de quibus & graeci & latini grammatici praecipunt. qua de re in libris de arte poetica & differit  
 Aristoteles, & canit Horatius. Carminum quoque ex quibus poemata constant varia sunt genera,  
 varias nomenclaturas sortita. Nam alia a syllabarum pedibus, quae in eis ipsis polleant magis, appel-  
 lationem sumpserunt, ut dactylici, anapestici, iambici, trochaici, spondaici. Alia ex affectu, ut elegi-  
 aci. Alia ex inuentoribus nomen sortita, ut Asclepiadaei & Hipponactij. Alia dicta ex au-  
 ctorum nomine, quibus in usu saepissime fuerunt. Nam metrum anapesticum, tetrametrum, catalecticum quae  
 quae eo & Cratinus & Epicharmus, & eis etiam antiquior (ut ait Hephestion) Aristoxenus Selinon-  
 tius usi fuerunt, tamen quoniam frequentissimum apud Aristophanem fuit, Aristophanei carminis nomen  
 claturam suscepit, ut eius quoque ipsius poetae notat interpres. Carminibus alijs ipsis syllabae & pe-  
 des nomenclaturam indiderunt. hinc hendecasyllabi, senarij, octonarij, quae sunt iambi secunda  
 genera. Hinc etiam hexametrum, quod ex sex pedibus spondeis plurimum, & dactylis absoluant. Ip-  
 sa autem genera suas sub se continent species. nam Iambo non unum genus ut diximus. Hexametro  
 rum quoque plures species. nam satyrici, bucolici, heroici sub hexametro genere claudunt. Excel-  
 lit autem inter omnia genera carmen hexametrum, ob perfectiorem numeri senarij, quae ex partibus (ut arith-  
 metis dicitur) aliquoties constat. idque inueni explicatum a Vietricuio his & bis, ea re mathematici profe-  
 ctum esse dixerunt numerum quae sex dicitur, quae is numerus habet partitioes eorum rationibus sex numero  
 convenientes. Erui tamen alia ratio potest ab Aristotele, quae in arte poetica scribit difficiliter idipsum car-  
 men in sermone commode promi. sicut iambum facilius, & ob id fuisse primum carmen censuit. Inter he-  
 xametrum vero species carmen heroicum praestat quo grandia facta & ingentes ausus decantabant. Inter he-  
 roica vero poemata, hymni heroici praecellunt, quibus graeci res diuinas celebrabant, & hymnogra-  
 phi eorum auctores at Zeze in commentario in Lycophronem vocati sunt. Apud gentes graeca lin-  
 gua, in hoc numero sunt Orpheus, Homerus, Calimachus, Proclus, alij, apud latinos Lilius,  
 Andronicus, theologij quoque nostri hymnos vni & vero deo cecinerunt. Primus Moses hexa-

Hymno-  
rum lex

carminum  
nomen  
claturae

Hexame-  
trum



metro genere vsus est in dei laudem, cum demerso Pharaone canticū edidit, vt Iosephus, Hieronymus, alij pdunt. Tempore pcedente lyricis hymnis diuinas quotidianasq; laudes vtraq; lingua plurimi cecinerunt, vt aſs diximus, Heroico carmine qui eas cecinerit pter orōnem matutinam Aufonij & Claudiani epigramma, nullus arbitror adhuc innotuit. Hymni autē nomen varijs rebus tributū est, nam & hominibus & irrōnalibus rebus, minimisq; & diuinis etiā dedicatum. Hinc leges apud Pindarū hymnos in homines qui certamina vicissent, eosq; ad res etiā inanimas retulit, & apud Calimachū in Delum inſulam editū hymnū, & apud eundem quoq; & Homerū hymnos in suos deos pſpicias, q̄q; hæ quæ in deos canebant Odæ (ſi Poluci ſtamus) & Pæanes cōiter & hymni dicebant, priuatim vero Dianæ hymno nomen erat Hypingus, hymno Apollinis Pæan, amboꝝ pſodia, hymnū autē quo Bacchum laudabant, dithyrambū vocauerunt. Cereris hymnū iulum dixere, quorū & Theodoretus quodam in libello meminit, ſcribunt & Apollonij interptes vlon etiam dici & hypingū quoq; Dianæ nūcupant οὐπιγγον. Linus autē & Litiſes Odarū erāt nomina, quæ foſſores & agricultores cōcinebant, cantatos quoq; rebus turpibus hymnos in poetica ſcribit Ariſtoteles. Quid autē hymnus indicet, varia quoq; pduntur, nam & laudare ſignificat υμνῶν, vnde Homerus εἰμυ υμνῶν, & Orpheus Crotoniata οὐν ἀρετῶν υμνῶν, ſed p antiphrasi hymnū vſurpauit Aeſchylus in malū. Iuſtum vero nauigatōis ſermonē hymni appellatōe declarauit Heſiodus. Idem nomen p oraculo poſuit Euripides & Paraphraſtes Dionyſij Libys, p munere & retributōe ſumpſit hymnū, ſed p diuina laude verius accipit, quod & Euſtathius mihi voluiſſe videt, tam & ſi alijs modis ſumptū affirmet, atq; p p̄ce quoq; ipſis carminibus a Dionyſio poſitum fuiſſe fateat. Sunt qui malint hymnū ſemp vel pprie diuinas laudes ſignificare, humanas vero exprimi p hanc dictōem, quæ a grecis dicit̄ ἐπαινος. A monius vero dñs hymnū tribuit, hominibus encomion. Differt at̄ ab epæno encomion, auctore Libanio, quod ibi vna dñi taxat actio, in encomio plures collaudant. A Pſalmographo hymnū p diuina laude poſitū ſcimus, vnde illud. Te decet hymnus deus in Syon, & alia pleraq; p ipſos pſalmos, quos & nō nulli vocarunt hymnos ſparſa continentur.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE  
domini Concordiæq; comitis, Argumentum hym  
norum carmine Elegiaco.

O mihi ſi celſo præpes labatur ab axe,  
E que ſinu patrio deuolet ipſa Charis,  
Quæ mentem incendat flammis, quæ luce coruſca  
Illuſtret, labijs quæ pia verba ſerat.  
Stillet & empyreum nitida in præcordia nectar.  
Dulcius atq; Arabo defluat imbre melos.  
Aeterni celebres accingar dicere laudes  
Regis, vt ipſius ſydera facta manu.  
Conditus ut nutu niueis exercitus alis,  
Ruptaq; Tænarj ſceptra ſuperba ducis.  
Vt concluſa mari tellus, vt cinxerit aer  
Aequora, ut aerium clauſerit æthra globum.  
Vtq; fretum dirimat terras, ut diſtet ab Indo  
Maurus, Hyperboreo diſtet ab orbe Libys.  
Vt genus omne auium & pecudū, genus omne natātum  
Extitit, vtq; luto & flamine factus homo,



Ut primæua parens gustu delusa, marito  
Imposuit, falsis victa cupidinibus.  
Exul ut eoo mœrens errauit ab horto,  
Et pater, & soboles crimine facta nocens.  
Vnde hominum genus infoelix, vnde ira dolorq;  
Vndemetus rigidæ & tristia damna necis.  
Mox alio cupimus scœlicia pangere cantu  
Aetherei magno parta trophœa ducis.  
Qui Mariæ clausam subito delapsus in aluum  
Conuictos domito depulit orbe deos.  
Phanacq; subuertens aras, delubra, sacella,  
Confregit tripodas, laurea sceptrâ, chelim,  
Qui victor victis, æterna silentia iussit,  
Et voluit mortem morte perire graui.  
Illius immensum victricia signa per orbem  
Fractaq; scœlici tartara sæua cruce.  
Dum canimus, passis clementia flamina velis  
Quærimus, inq; patris posse redire sinum.  
Hinc Mariæ laudes dulci depromere versu  
Et iuuat æternæ dona pudicitia.  
Vtq; parens virgo est, integra vt Christus ab alio  
Nascitur, & iuncto numine factus homo.  
Ex illo volucres frangens turbata sagittas  
Cessit odorisequos ipsa Diana canes.  
Aegida proiecit Pallas, Proserpina sceptrum,  
Et Dryadum luctu perstrepit omne nemus.  
Cynthia pertimuit tardos ad plaustra iuuenos  
Nectere, velauit Cypria mœsta sinus.  
Et gemis euulsas alas pharetrate Cupido  
Horridus in gremio matris Acidalia.  
Nam Mariæ imperium, coeli, telluris & vndæ,  
Et Mariæ nutu numina furua silent.  
Illam tartarei formidant monstra profundi,  
Illi adstat superi turba beata chori.  
Virtute innumera fulget, redimita coronis  
Sydereis, nato supplicat, orat opem.  
Qua vulgi nugæ, vana & commenta deorum  
Atq; obscœna simul carmina dispereant.  
Ne zephyro impulsis iam noxia pharmaca Circe  
Porrigat, & falsis ludat imiginibus.